Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

in cuius conspectu bonum fecerit & probabit: & mercedem pietatis
exoluet:—

Ergo in homine preclarum & excellens est bonum: misericor
dia: idque diuinis testimoniis & bonorum malorumque con
sensu optimum iudicatur: apparet philosophos longe abfuisse ab hu
mano bono: qui neque preceperunt eiusmodi quicque fecerunt:
Sed uirtutem que in homine propensiorem singularis est: pro ui
tio semper habuerunt: Liber hic interponere viuum de philosophia locum: ut
illorum plenius coarguamus errores: qui miram cupiditatem metum
morbos animi appellant: Conantur illi quidem virtutes a uitiis
distinguere: quod est sane facillimum: Quis enim non possit liberalem
a prodigo separare: ut illi faciunt: aut parcum a sordido. aut quietum ab
inerti: aut cautum a timido: quippe hec que sunt bona fines suos habent:
quos si excesserint in vicia labuntur: ita ut constantia nisi pro veritate
suscepta sit: fit impudentia: Item fortitudo si nulla necessitate cogente
aut non pro causa honesta: certum periculum subierit in temeritatem
conuertitur. Libertas quoque si alios insectetur potius quam insectantibus
resistat: contumacia est: Seueritas & nisi se mora congruentes noce
tium penas coarceat: fit seua crudelitas: Itaque debent eos: qui malui
deantur non sua sponte peccare: nec mala potius eligere: sed bonorum
spetie lapsos incidere in mala: dum malorum ac bonorum discrimen ig
norant: Hec quidem falsa non sunt: sed ad corpus cunctaque referunt:
Nam parcum esse. aut constantem aut cautum. aut quietum. aut forte
aut seuerum. Virtutes sunt quidem. sed huius spurie uite: Nos autem
qui hanc uitam contempnimus: alias nobis virtutes propositas habe
mus: de quibus philosophi suspicari quidem ullatione potuerunt: Itaque
& uirtutes quasdam pro uitiis & vicia pro quedam pro uirtutibus
habuerunt: Nam stoici affectus omnes: quorum impulsu animus commoue
tur. ex homine tollunt. cupiditatem. letitiam. metum. tristitiam.
quorum duo pora ex bonis sunt aut futuris aut presentibus: posteriora ex
malis: Eodem modo hec quatuor morbos: ut dixi: uocant: non tam
insitos natura: quam prauam opinione susceptos: & id curo eos consent ex
stirpari posse radicitus: si bonorum malorumque opinio falsa tollatur: Si
enim nihil censeat sapiens bonum: nihil malum: nec cupiditate ardes
cet. nec letitia gestiet. nec metu terrebitur: nec cornitudine contrahet.
Mox iudicabimus: an efficiant: quos volunt aut quid efficiant: Interi
propositum arrogans ac pene furiosum: qui reputent mederi & enim

XIIII.

Virtutum & Vitiorum Distinctio.

Stoicorum sectis.

Idem Tull. in Tuscull.